961. h 73

V I T A

VENERABILIS CARDINALIS

ROBERTI BELLARMINI

SOCIETATIS JESU.

Digitized by Google

IN occaſione, che trattavaſi in Roma la Cauſa del Venerab. Cardinale Bellarmino furono in detta Alma Città ſpedite per mezzo de' Corrieri Ordinarj a diverſe Perſone riguardevoli varie Copie ſtampate d' una Vita del ſuddetto Cardinal Bellarmino conſiſtente in un Libretto in dodeci ch' è il ſeguente.

VITA VEN. ROBERTI CARDINALIS BELLARMINI, *quam ipſemet ſcripſit rogatu Familiaris ſui Patris Eudæmon Joannis Cretenſis eruta ex ſcriniis Societatis.*

LECTORI MONITUM.

„ JAm diu notum eſt, Robertum Cardinalem
„ Bellarminum de Vita ſua commentarium
„ ſcripſiſse. Memorant enim Petra Sancta
„ ſeu mavis Fulligatius, quem ex Italico lati-
„ num fecit Petra Sancta, aliique non pauci Vi-
„ tæ Bellarmini ſcriptores. Morem in hoc Bel-
„ larminus geſſit roganti Amico ſuo familiariſ-
„ ſimo, & ſtudioſo P. Eudæmon Joanni homini
„ Cretenſi. Cum certiores facti ſimus Romæ
„ commentarium hunc fuiſse non ſemel Typis
„ editum: hic quoque eum recudere viſum eſt
„ bene noſtratim commodo. Appendix ejuſdem
„ Bellarmini fætus eſt, & miſsam ab eo ferunt
„ P. Mutio Vitelleſchio conſiliis ſuis intimo, &
„ qui poſtea fuit Præpoſitus Generalis Societa-
„ tis; ſed tunc non erat: Bellarminus autem
„ erat jam ſenex, & Cardinalis. Vale.

VENERABILIS

ROBERTI BELLARMINI

S. R. E. CARDINALIS VITA,

quam ipſemet ſcripſit anno ætatis ſuæ LXXI.

N. Natus eſt anno 1542. die 4: Octobris : Parentes habuit pios, & Matrem præcipue ; quæ dicebatur Cinthia ; ſoror Marcelli Secundi Pontificis. Hæc novit Societatem per Patrem Paſchaſium Broet ; unum ex primis decem , qui forte occaſione Balneorum, & ægritudinis ſuæ cauſa venerat in tranſitum Politianum : hunc Patrem illa mirifice colebat , & laudabat , inde amavit ſemper Societatem , & cupiviſſet omnes ſuos filios, qui erant quinque, ingredi Societatem. Addicta erat Eleemoſinis, & Orationi ; Contemplationi, Jejuniis, & Corporis caſtigationi : Inde contracto morbo hydropiſis abiit pie, & ſancte Anno Domini 1575. Anno ætatis quadragintanovem, vel circa eum Annum. Hæc educavit filios ad pietatem, & primos tres, quorum tertius erat N. jubebat ſimul incedere , & cum aliis pueris non commiſceri, & ſingulis diebus ad ſacram Ædem propinquam domui paternæ accedere, ibique orare ante Venerabile Sacramentum. Eos mature aſſuefecit ſacræ Confeſſioni, & Miſſæ audiendæ , & Orationi ; & aliis Devotionibus. N. adhuc Puerulus annorum (opinor) quinque, vel ſex concionari ſolebat ;

& inverſo ſcabello, inductus linea veſte, impoſitus concionabatur de Paſſione Domini. Ingenium habuit non ſubtile, & elevatum, ſed accommodatum ad omnia, ut æqualiter ſe haberet ad omnes diſciplinas capiendas; in pueritia cæpit amare poæticam, & magnam noctis partem aliquando conſumebat in legendo Virgilio, quem ita ſibi familiarem habuit, ut cum carmina hexametra ſcriberet nullum in illis Verbum poneret non Virgilianum. Primum carmen ſcripſit de Virginitate, & capitales litteræ reddebant Virginitas. Scripſit Eglogam annorum ſexdecim de obitu Cardinalis de Nobilibus, quæ publice recitata eſt. Scripſit eodem tempore multa carmina latine, & italice, & præcipue libros, quos non abſolvit, de impedimentis, quę ſibi afferebantur ne ingrederetur Societatem, quos libros Virgiliano Stylo compoſitos non ſolum non abſolvit, ſed etiam cremavit; erubuit enim de rebus ſuis ſcribere: ſcripſit multa carmina Romæ, Florentiæ, in Montevicio, Pariſiis, & denique Ferrariæ, cum præeſſet recitandæ tragico-Comediæ coram Regina Hiſpaniæ, & cum forte ægrotaret, qui bene longum prologum recitaturus erat, compoſuit ipſe ſtatim Prologum breviorem; qui mandari facile poſſet memoriæ verſibus jambicis. Ex tanto numero carminum nihil ſupereſt, niſi carmen ſaphicum compoſitum Florentiæ de Spiritu Sancto, cujus initium eſt: *Spiritus Celſi Dominator Aſtris*, quod a neſcio quo, typis mandatum fuit ſine nomine Authoris inter ſelecta carmina virorum illuſtrium, & Hymnus de S. Maria Magdalena, qui poſitus eſt in Breviario, qui Hymnus compoſitus fuit Tuſculi; & a Clemente VIII. antepoſitus hymno, quem de ea re ſcripſit Cardinalis Antonianus, & uterque noſtrum quaſi ex

tem-

tempore ſcripſit, & joco magis, quam ut in Breviario poni deberet.

At ut redeam ad tempus ante ingreſſum Societatis: Adoleſcens Annorum quindecim, ut mihi videtur, concionem, ſive exhortationem habuit N. feria quinta in Cœna Domini in Confraternitate primariæ Civitatis, quam Prior Confraternitatis habere ſolebat, ſed materiam ſubminiſtrarunt Patres Societatis, ipſe autem ſibi memoriam, & verba, & actionem de ſuo appoſuit, ſed propter eam concionem ſæpe compellabatur a Priore verba facere in eadem Confraternitate, brevi ſpatio temporis ad ſe parandum conceſſo. Eodem tempore facile didicit canere, & ludere variis iſtrumentis muſicis, & etiam retia pro venatione ita ſtatim reſarcire, ut nunquam viderentur ſciſſa. Anno decimo ſexto cum eſſet iturus Patavium ad ſtudia graviora, & facultatem a Coſmo Duce Florentiæ accepiſſet dandi operam ſtudiis extra Piſas, decrevit, dimittere mundum, & Societati nomen dare, id autem ita contigit: Cogitabat ſerio quodam die quomodo poſſet ad veram quietem animi aſcendere, & cum diu diſcurriſſet de dignitatibus, ad quas aſpirare poſſet, cœpit ſerio cogitare brevitatem rerum temporalium, & maximarum, & inde horrore concepto talium rerum, decrevit eam Religionem quærere, in qua periculum nullum eſſet, ne ad dignitates traheretur; denique ſciens, nullam Religionem eſſe ad hanc rem tutiorem, quam Societatem, concluſit hanc omnino ſibi eſſe eligendam. Contulit hoc ſuum propoſitum cum P. Alphonſo Spariglia ſuo tunc Præceptore, a quo ſciebat ſe valde diligi, & ſecreto ut amicus amicum fidelem rogavit, ut ſine fraude diceret, quomodo ſibi eſſet in Societate, an eſſet vocatione contentus, an aliquid

lateret mali vel periculi, quod palam non appareret: timebat enim valde ne poſt ingreſſum pœniteret facti. Bonus ille Pater dixit, ſibi eſſe optime, & contentiſſimum vivere, & interim venit ad eum nuncius de vocatione Ricciardi Cervini conſobrini ſui ad Societatem, quæ vocatio videtur in idem omnino tempus concurriſſe. Itaque hinc valde confirmatus; & literis invicem datis, & acceptis, petierunt a R. Patre Lainez, qui tunc erat Vicarius Generalis, ut in Societatem admitterentur, ſed quia idem Pater volebat id fieri cum bona gratia Parentum, evolutus eſt annus, & Parentes eorum impetrarunt a Reverendiſſimo Patre Lainez tunc Generali, ut filii eorum adhuc unum annum manerent apud ſe, ut ſpiritûs probaretur. Conceſſit Pater Generalis, & dixit hunc futurum annum probationis duorum conſobrinorum. Itaque anno partim 1559. partim 1560. manſerunt; partim quiſque domi ſuæ, partim ſimul in Pago, qui dicitur Rivvs ſine ullo impedimento Parentum, quo tempore dabant operam frequentiæ Sacramentorum, & ſtudiis humanitatis. Quotidie enim poſt menſam fiebat Accademia, & D. Aleſſander Ricciardi pater docebat aliquid ex Georgicis Virgilii, ipſe autem Ricciardus explicabat Poeticam Ariſtotelis Grecam, ejus Frater Herennius, qui poſtea obiit Protonotarius, & Referendarius utriuſque ſignaturæ Orationem Demoſthenis pro corona, & N. explicabat Orationem pro Milone, & præterea in Eccleſia explicabat doctrinam Chriſtianam, & hortabatur ruſticos ad pietatem, ſed non adeo frequenter. Anno evoluto dimiſſi a Parentibus venerunt Romam, & admiſſi ſunt ad Societatem in Vigilia S. Matthei Anno 1560. poſt decem dies primæ probationis, quibus in cubiculo, ut hoſpites manſerunt,

ſerunt, admiſſi ſunt ad convictum communem; & ſeptem diebus ſervierunt coquinæ, & ſeptem aliis Refectorio, & ſic expleto Novitiatu miſſi ſunt ad Collegium, & in feſto Circumciſionis renovarunt Vota, quæ fecerunt ſponte ſua; ingreſſique ſunt cum cæteris collegialibus.

In Collegio Romano permanſit N. tribus annis dans operam Logicæ, & Philoſophiæ, ſub P. Petro Pana, & quamvis toto triennio æger fuerit (primo anno laboravit lethargo graviſſimo, eodem, & ſequenti laboravit continuo dolore capitis, tertius judicatus eſt phtiſicus, vel Ecticus) tamen defendit primas concluſiones menſtruas, & in fine curſus defendit totam Philoſophiam, & cum eſſent creandi Magiſtri decem, aut duodecim Condiſcipuli, ipſe ſolus pro omnibus explicavit quæſtionem de Anima, & defendit ſine Præſide argumentantibus Magiſtris uno, vel pluribus non recte memini; & pridie ejus diei miſſus eſt ad vineam cum aliquot ſociis, ut diſtraheretur a ſtudio, & commentatione, ne lederetur valetudo ejus infirma.

Anno 1563. miſſus eſt Florentiam, ut doceret humanitatem. Ibi per aeris mutationem, & curam Medici valde boni cœpit melius valere, docuit adoleſcentes in ſcholis, ut potuit, ſed admiſcens philoſophicas quæſtiones, ut compararet ſibi auctoritatem, & in ęſtate etiam docuit ſpheram cum tractatu de ſtellis fixis, habuit in ſede primaria duas Orationes latinas, & ſcripſit carmina in magnis Feſtis, quæ affigebat januis Templi. Evoluta Hyeme cępit concionari in Dominicis, & Feſtis poſt Veſperas, ita jubente ſuperiore, cum eſſet annorum viginti duorum, imberbis, & ſine ullis Ordinibus, imo prima ſine tonſura. In prima concione pia quędam mulier ſemper manſit flexis genibus orans,

orans, cumque ab ea quæſitum eſſet, cur hoc feciſſet, reſpondit, ſe cum vidiſset in ſuggeſtu adoleſcentem imberbem timuiſſe, ne continuo animo deficeret cum ignominia Societatis. Sed N. majori ſpiritu, & audacia tunc verba faciebat, quam poſtea cum eſſet ſenex; certus enim ſibi eſſe videbatur de memoria. Domi etiam cæpit, ſuperiore jubente, exhortationes habere ad fratres. Cum N. eſset Florentiæ in Autumno peregrinatus eſt cum P. Marco uſque Camaldulum, montem Averniæ, & Vallem umbroſam, & in itinere concionabatur per Pagos, & oppida, & P. Marcus audiebat confeſſiones. In monte Camaldulenſi excepti ſunt humaniſſime a Majore (ſic enim vocant Generalem) & tribus diebus eos retinuit, tertia die pene ex improviſo juſſit, ut haberet N. exhortationem ad Patres loci illius: fecit invitus, & coactus, ſed venerandi illi ſenes attentiſſime audiverunt, & poſtea manus N. oſculari volebant quamvis adoleſcentis, ſed ille non patiebatur id ſibi fieri. Sed Florentiæ non manſit niſi annum unum, & menſem; inde miſsus ad Montem Vicium, ſive Regalem, comitem unum habuit ex fratribus uſque ad Mare paulo ultra Lucam; poſtea ſolus navigavit Genuam, inde Savonam, inde terreſtri itinere pervenit ad Montem Vicium, in quo itinere multa pertulit pericula corporis, & animæ, ut etiam in quodam hoſpitio diceret hoſpita eum eſsé maritum filiæ ſuæ, qui diu abſuerat; in alio diceret quidam, ſibi Marſupium ab N. noctu ſublatum; ſed Deus adfuit innocenti, qui firmiter ſtatuit, ſi unquam ſibi contingeret regimen alicujus Collegii Societatis, nunquam ſe miſſurum ſolos Patres, aut Fratres, præſertim juvenes, etiamſi ſumptus maximi faciendi eſsent. In Collegio Montis Vicii invenit

venit expoſitum Catalogum lectionum illius anni, & ſibi aſſignatum Demoſthenem Græcis, & Marcum Tullium, & alia quædam; & quoniam in Græcis vix ipſe aliquid noverat præter Alphabetum dixit Auditoribus ſe velle illos a fundamentis inſtruere, ac primum eos docere Grammaticam, deinde Demoſthenem; itaque maximo ſuo labore quotidie diſcebat, quod alios doceret; tantum tamen laborando profecit, ut brevi Iſocratem explicare poſset, & deinde alios libros. Æſtate docebat ſomnium Scipionis, explicans multas alias quæſtiones Philoſophicas, vel Aſtrologicas, & concurrebant ad audiendum multi etiam ex Doctoribus Univerſitatis, qui tunc ibi erant. In feſto Pentecoſtes invitus, & pene coactus a ſuperioribus concionatus eſt in Æde primaria tribus diebus continuis. Quamvis omnino immerito, ſcriptum eſt a ſuperiore ad Patres Romanos: Nunquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic homo. Perrexit poſtea concionari in Dominicis toto fere triennio, quo ibi manſit, præſertim in Adventu, & Feſtis Natalitiis. Accidit autem illi, ut forte legeret conciones Cornelii Epiſcopi Bituntini, & ad ejus imitationem inciperet conciones ſcribere ad verbum, & recitare non ſine magno labore; ſed cum quadam die Natalis poſt Veſperas habuiſſet concionem valde laborioſam, & in quam memoriæ commendandam aliquot dies conſumpſerat, ſignificatum eſt a Canonicis Templi ſequenti die habendam concionem ſummo mane. Itaque N. pene deſperabat ſe concionari poſse, cum nequidem unam horam haberet ad concionem memoriæ commendandam; ſed placuit Deo, ut nunquam tam fructuoſe, & tam libere, & ex corde concionatus ſit: Canonici enim dixerunt alias tu concionaberis, hodie Angelus de

Cœlo

Cœlo concionatus eſt. Ex illo tempore decrevit ornamenta omnino verborum dimittere; & ſola puncta latine ſcribere, quod & fecit præterquam in concionibus latinis: In Collegio illo Montis Regalis N. omnia pene Officia exercebat, nam docebat in ſcholis, legebat ad menſam, concionabatur in Templo, habebat exhortationes ad fratres, comitabatur euntes Sacerdotes ad ſua negotia, janitorem juvabat, cum ille pranderet, excitabat etiam aliquando matutino tempore dormientes; ſed cum Pater Adornus Provincialis audiviſset illum concionantem dixit non eſse bonum, ut N. tamdiu differret ſtudia Theologica, & juſſit illum inde proficiſci Patavium, & audito curſu theologico deinceps ſolis concionibus vacaret. Antequam ex Monte Vicio, ſeu Regali diſcederet accidit illi aliquid jucundum. Fuit comes Patris Rectoris ad viſitandos Dominicanos; Prior Dominicanorum invitavit Rectorem ad bibendum, & cum ille renueret dixit Prior: *Beverà benè queſto Fratino voſtro Compagno*, loquens de N. quem non noverat. Die ſequenti venit Prior ille ad Collegium, & invenit ad Portam, fungentem munere janitoris ipſum N. rogavitque, ut vocaretur; Reſpondit N. concionatorem venire non poſſe; ſed ſe relaturum illi fideliter quæ Paternitas ſua mandaret. Non (inquit Prior) poſſum tibi dicere, quæ volo, ſed duc me ad concionatorem, vel voca illum ad me. Jam dixi (inquit N.) concionator non veniet, & cum ille inſtaret, coactus eſt N. dicere, ego ſum, quem quæris, & non poſſum venire, quia hic ſum. Tunc memor Prior pridianæ irriſionis erubuit, & humiliter ſatis petiit veniam, rogavitque ut in Natali Domini pro concione publicaret Bullam Pontificiam, continentem Indulgentias pro eleemo-

na

na facienda in ſubſidium Capituli Generalis futuri Patrum Prædicatorum, quod N. promiſit ſe facturum, & fecit.

Anno 1567. N. venit Patavium ad ſtudium theologicum inchoandum. Tunc noſtri Fratres duo habebant Præceptores, unum domi, qui erat P. Carolus Pharao Siculus, qui docebat primam partem S. Thomæ: alterum in Scholis publicis Fr. Ambroſium Barbaciarium Dominicanum, qui docebat Tractatum de legibus ex parte ſecunda S. Thomæ; ſed quia noſtri Fratres, & N. cum eis adverterunt Fratrem Ambroſium nihil dicere, niſi quod eſt apud Sotum in primo libro de Juſtitia, & jure, cito dimiſerunt eum, & cum Pater Carolus diceret Prædeſtinationem ex prævisis Operibus, N. in ſuis ſcriptis ponebat ſententiam S. Auguſtini de gratuita prædeſtinatione; ſed vix abierunt duo menſes ſtudij Theologici, & N. coactus eſt concionari in Templo Collegij, primum ante prandium, deinde poſt prandium. In Baccanalibus profectus eſt Venetias, & ibi habuit Concionem feria quarta Baccanalium in conventu multorum Nobilium, ubi attentiſſime auditus eſt differens contra choreas, & alias inſanias illius temporis; & cum abſolviſſet, multi Nobilium Senatorum manus illi oſculari volebant. In menſe Majo ductus eſt N. Genuam a P. Provinciali occaſione Congregationis Provincialis, ut defenderet Concluſiones, & concionaretur. Itaque biduo ſuſtinuit concluſiones in Eccleſia Cathedrali ex Rethorica Ariſtotelis, & Logica, & Phiſica, & Metaphiſica, ex Mathematica, & ex omnibus Partibus S. Thomæ, & cum inter diſputandum cum ſuo Preſidente P. Carolo Pharaone non conveniret, juſſit P. Provincialis, ut P. Carolus taceret, & ſineret N. per ſe reſponde-

dere. Habuit etiam Concionem die Dominicâ poſt Veſperas in maxima frequentia auditorum, ſed totam fere deſumpſerat ex Oratione S. Baſilii in illud *Attende tibi*; ſciebat enim in illo Auditorio non multos eſſe qui furtum ex Baſilio agnoſcere poſſent. Evoluto anno juſſus a P. Generali proficiſci Lovanium ad Latinas conciones habendas, & ibi abſolvendum curſum theologicum, ſed quia Patavii inchoaverat pro ſuggeſtu explicationem Pſalmi *Qui habitat*, & avide audiebatur, noluerunt Patres Patavini eum dimittere, & P. Generali reſponderunt, periculum eſſe, ne N. hyberno tempore frigus Germanicum ferre non poſſet, & hoc eſſe etiam judicium Medici; ſed N. ſcripſit P. Generali, ſe promptum eſſe continuo proficiſci quocumque obedientia juberet, ſed non iviſſe, quia Paternitas ſua non juſſerat ſibi, ut iret, ſed ſuperiori immediato, ut mitteret. Expectavit Pater Generalis ſex menſes, quo tempore audivit N. P. Joannem Riccardum docentem aliquas quæſtiones tertiæ partis S. Thomæ, & in feſtis diebus lectiones ſuas continuavit in Templo ſuper Pſalmum *Qui habitat*: exhortationes habebat ad Fratres feria ſeſta. Apparente vero anno 1569. ſcripſit Pater Generalis ad N. ut proficiſceretur Mediolanum, & ibi adjungeret ſe P. Jacobo Flandro, ut iret Lovanium, quoniam iter dicebatur valde periculoſum propter Milites Ducis Bipontin, qui tranſibat ex Germania in Galliam, per viam, quam nos facturi eramus. Contulit ſe N. ad Sanctiſſimum Sacramentum, ibique toto corde obtulit Deo vitam ſuam, & quidquid in illo itinere ſibi accidere, diſpoſuiſſet; inde plenus bona fiducia ivit ſine ſocio Mediolanum, ubi adjunctus eſt P. Jacobo, & D. Guillelmo Alano, qui poſtea fuit Cardinalis,

cum

cum aliis duobus Anglis, & uno Hyberno, profectus eſt Lovanium, & cum ingrederetur Collegium dixit; Ego mittor a P. Generali, ut hic duobus annis maneam, ſed ego ſeptem annis manebo, & ita factum eſt; quo ſpiritu ductus hoc dixerit, neſcio, niſi quod ita venit illi in mentem.

Latine concionari cœpit in die S. Jacobi Apoſtoli, & cum durum videretur, quod nullos adhuc haberet Ordines Eccleſiaſticos, & ſtolam gerere non poſſet, ut ibi omnes concionatores ſolebant, ſcriptum eſt a Patribus Lovanienſibus Patri Generali ſuper hac re; ille differebat Ordinationem, ne cogeretur N. emittere profeſſionem trium Votorum juxta Decretum, ſed tamen reſcripſit; ut N. emitteret profeſſionem trium Votorum; & quoniam nec Lovanii, nec vicinis locis erat Epiſcopus, coactus eſt proficiſci Leodium, ubi in quatuor temporibus poſt Cineres accepit primam Tonſuram, & quatuor Minores, & Subdiaconatum; deinde profectus eſt Gandavium, & a Cornelio Janſenio ſuſcepit Diaconatum in *Sabbato Sitientes*, & Præsbyteratum in Sabbato Sancto, & in Octava Paſchæ cecinit Lovanii ſolemniter primam Miſſam cum Diacono, & Subdiacono anno Domini 1570.

Eodem anno ad initium Octobris rogatus a Patribus, ut doceret Theologiam Scholaſticam, aſſenſus eſt; & quamvis non audiviſſet niſi partem aliquam primæ partis, & tertiæ partis, tamen jactans in Domino cogitatum docuit totam primam partem annis duobus, & partem primæ ſecundæ uno anno, & ſecundam ſecundæ duobus annis, & initium tertiæ partis alio anno. Itaque concionatus eſt ſex primis annis, & ſeptimo ceſſavit a concionibus jam fractis viribus, & docuit ſex ultimis annis; proinde primo an-

no ſolum concionatus eſt, ultimo anno ſolum docuit, quinque intermediis ſimul concionabatur, & docebat, neque ab exhortationibus domi habendis, neque a Conſeſſionibus audiendis liber erat. Scholam Theologicam Lovanii primus N. aperuit, nam uſque in eum diem non permiſit Univerſitas, ut noſtri publice docerent; & quoniam Michael Bajus inſignis alioquin doctor, multas opiniones ſequebatur, quæ videbantur declinare ad novos errores Lutheranorum, quæque damnatæ fuerunt a Pio Quinto Pontifice anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, animadvertens N. non deeſſe multos, quibus hæ opiniones placerent, cœpit eas refutare non ſub nomine Doctoris Michaelis, ſed ſub nomine veterum, & novorum Hæreticorum. Eo tempore cogitans N. linguam hebraicam valde utilem eſſe ad intelligentiam ſacræ Scripturæ, applicavit animum ad eam linguam diſcendam, & cum didiciſſet Alphabetum ab aliquo Perito illius linguæ, & aliqua rudimenta Grammaticæ, confecit ipſe ſibi grammaticam hebraicam faciliori methodo, quam Rabbini ſoleant, & brevi tempore didicit linguam hebraicam quantum Theologo ſatis eſſe videtur, & inſtituit Academiam, in qua cum aliquot aliis ſociis exerceret ſtudium linguæ hebraicæ, & Græcæ, & ut oſtenderet Grammaticam ſuam eſſe ceteris faciliorem promiſit uni ex Diſcipulis ſuis in ſchola theologica, qui linguæ hebraicæ omnino imperitus erat, ſe effecturum, ut ſpatio dierum octo, ſi ſibi operam dare vellet, diſceret ex lingua hebraica quantum ſatis eſſet, & cum auxilio Dictionarii per ſe libros hebraicos intelligere poſſet, quod ipſum omnino præſtitit, ut oſtenderet non eſſe falſum exiſtimandum, quod Sanctus Hieronymus de Blaſilla ſcripſit, eam di-

didiciſſe linguam hebraicam paucis non menſibus, ſed diebus. Anno 1572. N. in Octava Apoſtolorum emiſit profeſſionem quatuor Votorum. Defecerunt a Rege Philippo multæ Civitates, & cùm Princeps Orangius veniret cum magno exercitu contra Lovanium, omnes fere Religioſi receſſerunt, quia civitas non facile defendi poterat, & Hæretici Calviniſtæ, quorum plenus erat Exercitus Principis, in Religioſos præcipue ſæviebant; quia vero hoſtis multo citius adfuerat, quam ſperabatur, Rector Collegii juſſit omnes mutare veſtes, & deponere comas, ne Corona Clericalis appareret, & dimiſit eis modicum pæcuniæ, quod erat in Collegio, & dimiſit binos, & binos, ut ſalvarentur ab imminenti periculo, quomodo poſſent. Tunc N. cum uno ſocio abiit pede verſus Arteſium multis diebus, magno labore, & periculo, donec venit Duacum, ubi fugiens bellum, invenit peſtem in Urbe illa graviter graſſantem: ſed ex multis periculis liberavit eos Deus. Accidit aliquando, ut nocte imminente N. ita fatigatus eſſet ut nullo modo progredi poſſet, itaque neceſſe erat, ut in via, & via valde periculoſa conſiſteret; ſed ecce currus velociter currens plenus hominibus, qui & ipſi fugiebant a facie hoſtili propinquavit, & cum cognoviſſet Auriga non poſſe N. ulterius progredi, ſtetit, & libentiſſime accepit eum in curru cum ſocio validiore pedibus precurrente donec veniret ad ſuburbia Civitatis. Auriga ille vir bonus erat, & bene Catholicus, & dicebat ſe olim ſolitum quotidie audire unam miſſam, ſed nunc in odium Hæreticorum audire ſe velle quotidie duas, & juvare quantum poſſet Sacerdotes, quos illi perſequuntur, & ea de cauſa dicebat ſe libenter in currum recepiſſe N., quia audiverat a ſocio

ejus illum eſſe Sacerdotem , quantumvis habitum laicalem geſtaret. Ad finem Autumni dux Albæ magno coacto Exercitu fugavit Principem Orangium; & recuperavit Urbes amiſſas in Pannonia, & Barbantia , & tunc N. venit Lovanium ad priſtinum officium concionandi, & docendi. Quanta eſſet frequentia Auditorum poteſt inde colligi, quod cum finiretur Concio, & per diverſas portas Auditores exirent , ita implebantur duæ vel tres Plateæ ; ut Cives mirarentur unde tot homines prodirent ; dicebantur enim eſſe aliquot millia. Cum N. iret ad habendam concionem die quadam (aberat enim Collegium ab Eccleſia S. Michaelis), ubi fiebat concio ſatis procul, adjunctus eſt ei vir quidam gravis, qui non agnoſcens N. eſſe concionatorem, qui erat parvæ ſtaturæ, & in ſuggeſtu videbatur procerus ob ſcabellum ſuppedaneum , unde exierat vox per Oppidum veniſſe ex Italia procerum juvenem, ut conciones latinas haberet, ille (inquam) cœpit multa rogare ab N., an noſſet concionatorem , unde eſſet , ubi ſtuduiſſet , & ſimul laudare ſupra veritatem ; & cum N. ita reſponderet, ut tamen ſe non manifeſtaret; dixit ille, tu nimis lente progrederis; ego cupio, bona tua venia, celeriter accurrere, ut locum inveniam; reſpondit N. fac ut libet, nam locus mihi deeſſe non poteſt . De fructu Concionum hoc ſolum poſſum dicere , in concione quadam habita de morte, die Animarum, magnum motum ad pænitentiam extitiſſe , ut etiam in Concione quadam habita in Dominica infra Octavam Corporis Domini multos fuiſſe confirmatos in fide veritatis Corporis Domini in Euchariſtia, vel etiam converſos ab errore , ut a fide dignis accepi. Multa alia dicebantur, ob quæ Patres Lovanienſes Collegii non acquieverunt,

runt; ut N. diſcederet, cum peteretur inſtanter a Cardinali Borromeo, qui nunc Sanctus Carolus dicitur, & a Patre Generali promiſſus ei fuiſſet; & ſimiliter cum peteretur a Pariſienſibus. Sed anno 1576. cum videretur ita proſtratæ valetudinis, ut judicio Medicorum non poſſet diu ſupervivere, ſcripſerunt Patri Generali ſe non poſſe diutius ſine gravi ſcrupolo conſcientiæ impedire quominus aerem mutaret; tunc Generalis ſcripſit, ut ſtatim Romam eum mitterent; quod & fecerunt.

Ubi enim diſcederet ex Auguſta Prætoria, & aerem italicum haurire inciperet; mirum eſt, quam in corpore ſuo mutationem ſenſerit. Videbantur vires redire, & ipſe ex doloribus variis, quibus affligebatur, melius habére; itaque Romam pervenit adeo confirmatus, ut poſt unum, vel alterum menſem cœperit jubentibus ſuperioribus controverſias explicare in Gymnaſio Romano, in quo munere perſeveravit annis undecim; cum interim exhortationibus in Collegio habendis, & Confeſſionibus Fratrum audiendis vacaverit. Anno (ni fallor) 1584. cœpit N. ſcribere, & in lucem edere libros; ac primum edita eſt ejus inſtitutio hebraica; deinde editi ſunt libri tres de Translatione Imperii Romani contra Illyricum: poſtea editus eſt primus Tomus Controverſiarum; qui poſtea diviſus eſt in duos ob nimiam magnitudinem; deinde editus eſt Tomus ſecundus, qui poſtea vocatus eſt tertius; eodem tempore editi ſunt libelli aliquot, qui inter Opuſcula habentur. Anno 1589. cum mitteretur Cardinalis Cajetanus Legatus in Galliam ob motus graviſſimos ejus Regni, miſſus eſt cum eo N. a Sixto V. Pontifice. In Galliis cœperat eſſe celebre nomen N. ob libros controverſiarum editos, ideo multi eum videre cu-

piebant, & ipſum frequenter adibant in itinere. Illuſtriſſimus Legatus querebat ab N. quamdiu putaret ſupervicturum Pontificem; reſpondebat ille hoc anno moriturum, quod ſæpe illi confirmavit Pariſiis, cum Cardinalis longiorem vitam ejus futuram omnino affirmaret. Cum eſſet Cardinalis Legatus cum toto ſuo comitatu apud Ditionem Burgundiæ, & recedere inde cogitaret, ut Pariſios proficiſceretur, exiit fama eſſe in quodam bivio Dominum Tavines cum mille Equitibus in inſidiis, ut Cardinalem caperet, & de comitatu ejus aliquot necaret, aliquos caperet; ſed exiit ſimul alia hoc totum eſſe confictum, ut impediretur iter Cardinalis. Igitur Cardinalis, cum non poſſet agnoſcere veritatem per media humana, celebrato Sacro cum omnes eſſent parati ad iter, ſecreto coniecit in Calicem duas parvulas ſchedulas, in quarum una ſcriptum erat *eundum*, in altera *non eundum*, & commendans ſuum negotium eduxit forte illam, quæ habebat *non eundum*, & paulo poſt innotuit verum eſſe, quod dicebatur de inſidiis.

Pariſiis manſimus a die vigeſima Januarii uſque ad initium Septembris, quo tempore nihil fere egimus, ſed multa paſſi ſumus; nam cum die 12. Martii conflixiſſent Dux Najenæ cum Rege Navarræ, & Rex victoriam obtinuiſſet, timor, & tremor cecidit ſuper nos; ſed Rex nolens perdere, & ſpoliari tam magnam civitatem, maluit per obſidionem illam capere, quam vi irrumpere; itaque obſidione eam cinxit, & nos omnes deſtituti victualibus miſerrime egimus: nam brodium coctum in olla cum carne canum ſatis care vendebatur, Legatus Regis Hiſpaniæ donavit nobis pro magno munere partem quamdam Æqui ſui, quem occiderat ad cibum. Nihil ibi egit N. niſi nomine Cardinalis Legati.

ti. Scripſit Epiſtolam latinam ad Epiſcopos Galliæ dehortans eos a Schiſmate, quoniam ferebatur velle eos cogere Synodum Nationalem, & in eâ creare Patriarcham independentem ab Apoſtolica ſede, & hoc impeditum fuit. Accidit initio Septembris, ut deferruntur ad Cardinalem literæ ex Roma, quæ mirum eſt quomodo penetraverint in urbem undique clauſam, & cum alii alia dicerent de illis literis antequam a Cardinali apperirentur, & fere omnes mala comminarent, quia Sixtus Papa infenſus erat Cardinali, & Secretario, & ipſi etiam Bellarmino propter inventam in libris ſuis propoſitionem negantem, Papam eſſe Dominum directum totius Mundi, tunc N. dixit, in his literis continetur mors Sixti Quinti Pontificis; & cum omnes eum deriderent, quia nihil de Sixti ægritudine auditum erat, tamen verum fuit quod N. affirmavit, & mirati ſunt univerſi.

Romam N. rediens ægrotavit graviſſime molcis: ſiquidem in ea Civitate graſſabatur diſſenteria quædam læthalis, ex qua qui corripiebantur vix mortem evadebant; hac dyſenteria laborare cæpit N. prima nocte, & adjuncta erat febris graviſſima, & nihil guſtare poterat, nec quieſcere. Cardinalis ſubſtitit una integra die, deinde conſilium habuit cum ſuis, quid foret de N., tandem inſpiravit Deus Cardinali conſilium bonum, ut non relinqueret N. in eo loco, ſed duceret quocumque modo poſſet; itaque parari fecit lecticam ſuam, & in ea collocari N. Placuit Deo, ut exiens N. de civitate illa mox melius valere inciperet, & ſpatio octo dierum iter faciendo jacens, vel ſedens in lectica plane convaleſceret. In itinere tranſivit per Baſileam, ſed non eſt agnitus; ubi vero auditum eſt ibi fuiſſe N. ferunt multos ægre valde tuliſſe, quod

eum videre non potuiſſent, an ei nocere, vel eum honorare voluerint, incertum eſt. Romam pervenit die 11. Novembris.

Anno 1591. cum Gregorius XIV. cogitaret quid agendum eſſet de Bibliis a Sixto V. editis, in quibus erant permulta perperam mutata, non deerant viri graves, qui cenſerent ea Biblia eſſe publice prohibenda, ſed N. coram Pontifice demonſtravit, Biblia illa non eſſe prohibenda, ſed eſſe ita corrigenda, ut ſalvo honore Sixti V. Pontificis Biblia illa emendata proderentur, quod fieret ſi quam celerrime tollerentur, quæ male mutata erant, & Biblia recuderentur ſub nomine ejuſdem Sixti, & addita præfatione, qua ſignificaretur, in prima editione Sixti præ feſtinatione irrepſiſſe aliqua errata vel Typographorum, vel aliorum, & ſic N. reddidit Sixto Pontifici bona pro malis. Sixtus enim propter illam propoſitionem de Dominio Papæ directo in totum Orbem poſuit controverſias ejus in Indice librorum prohibitorum, donec corrigerentur; ſed ipſo mortuo Sacra Rituum Congregatio juſſit deleri ex libro Indicis nomen illius. Placuit concilium N. Gregorio Pontifici, & juſſit, ut congregatio fieret ad recognoſcendam celeriter Bibliam Sixtinam, & revocandam ad ordinariam Bibliam præſertim Lovanienſem. Id factum eſt Zagarolæ in Domo Marci Antonii Columnæ, præſentibus Cardinali ipſo Columnenſi, & Alano Cardinali Angl. nec non Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici, ipſo N., & aliis tribus, vel quatuor, & poſt obitum Gregorii, & Innocentii, Clemens VIII. edidit Bibliam recognitam ſub nomine Sixti cum Præfatione, quam idem N. compoſuit.

In Autumno anni 1592. N. ſeceſſit Tuſculum, ut ſcriberet tertium Tomum controverſiarum, quem

quem paucis menſibus abſolvit, & editum Clementi VIII. dicavit. Anno 1592. factus eſt N. Rector Collegii Romani, & ut aliis exemplum religioſæ ſimplicitatis præberet, abſtulit ex cubiculo Rectoris varia ſcrinia pretioſa; & juſſit poni in ſacriſtia ad conſervandas mappulas, & alias res ſacras; abſtulit item imagines depictas (*Quadri* nominatas), & alia omnia, quæ non ſunt neceſſaria, & ſolum voluit habere ea, quæ habent alii fratres. Non finivit ſuum triennium, ſed miſſus eſt Neapolim, ut ibi eſſet Provincialis, in quo officio conatus eſt verbo, & exemplo alios docere, & Provinciam bis viſitavit, ſed triennium non complevit: nam defuncto Cardinali Toleto, vocatus eſt Romam a Papa Clemente VIII. anno 1597. menſe Januarii, & quidem Papa eum in Palatium vocare volebat, ut ibi degeret, ſed ipſe per Cardinalem Aldobrandinum obtinuit, ut in Pænitentiaria potius quam in Palatio degeret; & ſimul factus eſt Conſultor Sancti Officii. Eo tempore cœpit Pontifex ad eum mittere ſupplicationes diſpenſationum matrimonialium, & alia nonnulla; ipſe tamen rariſſimè, & nonniſi maxima neceſſitate in Palatium ibat. Circa Clementem Papam contigit aliquod mirabile, nam quinto anno Pontificatus cum multi ſuſpicarentur eum cito moriturum, ut fecerunt tres ejus Prædeceſſores, dixit Sylvio Antoniano N. Clemens Octavus vivet annos duodecim, & menſes duodecim, & hoc ſæpe repe repetivit, & anno ultimo ſæpe dixit familiaribus ſuis illo anno Papam moriturum; ipſe tamen neque erat Aſtrologus, neque Propheta, ſed caſu ita lo[illegible]. Tunc etiam, rogante Cardinali Ta[illegible]cripſit Catechiſmum brevem, & alium grandiorem, qui paulo poſt typis mandati, & multis in locis frequentati.

Anno 1598. Papa profectus eſt Ferrariam, & ſecum duxit N., qui non ſolum fungebatur officio conſultoris S. Officii, ſed etiam Examinatoris futurorum Epiſcoporum, & tractabat cum Papa negotia Societatis, quæ a Patre Generali ſibi demandabantur, & quamvis N. degeret in Collegio Societatis, tamen Papa ſingulis ſeptimanis dabat Collegio propter ipſum viginti quinque ſcuta.

Anno 1599. in feria quarta quatuor Temporum Quadrageſimæ creavit N. Cardinalem ita de improviſo, ut nunquam præſcire potuerit id futurum; quia tamen multi ſuſpicabantur id futurum, P. Generalis ante duos menſes quæſivit a Pontifice per Magiſtrum Cameræ, an placeret ſibi, ut N. fieret Rector Pænitentieriæ, & eo annuente, factus eſt Rector Pænitentieriæ; ſed Papa hoc permiſit, ut negotium tegeret, ſicuti etiam cum ante medium annum Ferrariæ diceret quidam familiaris Pontifici N. eſſe dignum Cardinalatu reſpondit Papa: *Eſt quidem dignus, ſed eſt Jeſuita;* ſubindicans non eſſe illud acturum. Cum ergo poſtea renunciatus eſſet in Conſiſtorio Cardinalis cum aliis duodecim, miſit continuo Cardinalis Aldobrandinus Marchionem Sanneſium ad N., qui ei ſignificaret eum factum eſſe Cardinalem, & juberet ex nomine Sanctiſſimi, ut domo non exiret ullo modo. Tunc N. convocavit omnes Patres Pænitentieriæ ad ſe, & fecit Concilium, quid ſibi agendum eſſet. Pater Joannes Baptiſta Coſta, qui erat ſenior omnium dixit, non eſſe locum conſultationi, quia cum jam eſſet factus Cardinalis, & declaratus in Conſiſtorio, nullam eſſe ſpem, ut Papa acceptaret alias excuſationes, præſertim cum expreſſe mandaverit, ut ex domo non diſcederet; idem alii dixerunt. Tunc N. miſit Patrem

Mi-

Miniſtrum A[illegible]ldobrandinum, qui ei diceret cup[illegible] Pontificem, ut ei rationes ſuas ex[illegible]r non poſſet acceptare dignitatem, ne[illegible]n audere domum egredi propter prohibitionem ab ipſo nomine Pontificis factam;. Reſpondit Cardinalis Aldobrandinus, ſe non poſſe concedere, ut N. adeat Pontificem, niſi quando vocabitur, quia Pontifex non vult illum audire, ſed juſſit, ut ex obedientia acciperet hanc Dignitatem. Vocatus poſtea ad pileum, ſive biretum rubeum accipiendum, & volens incipere excuſationes ſuas, Pontifex ſtatim interrupit, & dixit: In virtute S. Obedientiæ, & ſub pena mortalis peccati jubeo, ut accipias Dignitatem Cardinalatus.

In Cardinalatu ſtatuit apud ſe non mutare modum vivendi, quoad parcitatem victus, orationem, meditationem, Miſſam quotidianam, & alia ſtatuta, vel conſuetudinem Societatis; Secundo non cumulare pecunias, nec ditare Cognatos, ſed Eccleſiis, vel Pauperibus dare quicquid ſupereſſet ex redditibus; tertio non petere a Pontifice Majores redditus, nec acceptare munera Principum, quæ omnia ſervavit.

Anno 16[illegible] Vacante Eccleſia Capuana Papa dedit illam ipſi N., & cum ipſemet Papa eum conſecraſſet in Dominica ſecunda poſt Paſcha, quando legitur Evangelium, *Ego ſum Paſtor bonus*, & poſt duos dies dediſſet illi Pallium Archiepiſcopale, die ſequenti diſceſſit ex Palatio, & clauſit ſe in Collegio Romano per quatuor dies, ut fugeret viſitationes, & cum feria ſexta habuiſſet Orationem ad Fratres, mox diſceſſit ad Reſid[illegible] Eccleſia ſua. Hæc tam feſtinata diſ[illegible]be admirationem attulit multis, & ipſ[illegible]ci, quia ut plurimum Curiales vix evell[illegible]nt a curia, & alius Cardi-

na-

nalis, qui cum ipſc fuit in Archiepiſcopum Bare egreſſum ſuum uſque ad finem Oc enit N. ad Eccleſiam Capuanam die pr. adaij, & ſolemni peracto ingreſſu, & Miſſa ſolemniter decantata, paulo poſt, ideſt in die Aſcenſionis, aſcendit Pulpitum, & fecit initium concionandi. Ipſo primo anno reduxit Cathedralem Eccleſiam, & Palatium Archiepiſcopale ad meliorem formam, expenſis ea in re aliquot millibus aureorum: deſcripſit numerum Familiarum pauperum, & ſingulis menſibus mittebat ad eas certum numerum pecuniarum: & aſſignavit variis locis piis menſtruas eleemoſinas, præter eas, quæ dabantur ſingulis diebus ad portam, & præter extraordinarias eleemoſinas. Tribus annis reſedit Capuæ: ter viſitavit totam Diœceſim: ter celebravit Synodum Diæceſanam; & ſemel Concilium Provinciale, quod ab annis octodecim non fuerat celebratum. Invenit conſuetudinem, ut in Cathedrali non haberetur Concio, niſi quatuor Dominicis Adventus, & per Quadrageſimam; ipſe autem cœpit concionari etiam in Feſto Nativitatis, & per totum annum diebus Dominicis fere omnibus, non ſolum in Civitate, ſed etiam in Pagis; tempore viſitationis; & quoniam ipſe non poterat toto anno eſſe in Pagis, & in Civitate, mittebat duos Patres Societatis, qui circumirent pagos, aſſignatis illis decem aureis in ſingulos menſes, ne gravarent Ruſticos; & quando ipſe viſitabat Pagos, Patres illi manebant in Civitate concionantes, & confeſſiones audientes. Scripſit dum eſſet in Pago quodam majorem explicatio li lingua italica, quam Typis man. rochi, qui concionari neſciunt, lege oſt Evangelium unius Articuli explicatio , præcipue quando con-

niam uſus
in Feſtis
o ſatis
... m c ... inem,
anonici, & Pa ... gravavites darent majori cum ſuo
periculus, quæ data erant Archiepiſcogenti: ſæpe enim cogitabat, & aliis in... illud Iſaiæ: *Beatus qui excutit manus* *ani munere*. Intererat Officio divino cum ... nicis (nam Capuæ Archiepiſcopus eſt etiCanonicus, & diſtributiones recipit ſatis opis); omni die feſto non ſolum ad Matutin, & Laudes, diebus autem feriatis intereat ſaltem Officio matutinali, tum ut Canonicos in Officio contineret, tum ut aſſueſceret pſalmodiæ gravi, & moroſæ, ut lucraretur diſtributiones pro Pauperibus, integre enim eas Pauperibus largiebatur; dicebat enim hanc ſolam eſſe eleemoſinam proprie ſuam, quippe quam labore propr... lucrabatur, reliqua enim Eccleſiæ eſſe non ſua. Prædixit ab initio ſe tribus annis ſolum illi Eccleſiæ præfuturum; & cum magna diligentia conquiſiviſſet nomina Prædeceſſorum a Sancto Priſco Sancti Petri Apoſtoli Diſcipulo uſque ad ſua tempora, & in Catalogo poſuiſſet omnes Prædeceſſores, & de ſuo immediato dixiſſet: *Cæſar Ceſta ſedit annis triginta*, ſubjunxit enim *N. ſedit annis tribus*; & ſic omnino factum eſt. Nam poſt triennium obiit Clemens Octavus, & ſucceſſor ejus Paulus V. noluit permittere, ut N. rediret Capuam, unde coactus eſt renunciare Eccleſiam. Porro N. legebat Vitas Sanctorum Epiſcoporum, quas ex Surio in unum ... collegerat, & ex hac lectione plurimum ... ſentiebat. Amabatur a Populo, & ... pulum. Miniſtri quoque

que Regii
venerab[illegible]
eſſe D[illegible]

In C[illegible] Leo[illegible]
Conclav[illegible] Quinti [illegible]
ſua manebat, vel ſolu[illegible]
[illegible]abat, Roſarium, aut libell[illegible]
& privatim in Orationibus ſuis dic[illegible]
no; *Mitte quem miſſurus es; & a*[illegible]
me Domine. In ſecundo Conclavi par[illegible]
quin fieret Papa; &, cum aliquis vir graviſſ.
promitteret ſuam operam, ipſe hortatus
ut deſiſteret, & neque ei gratias egit, & a
mavit, ſe ne paleam quidem ex terra ſubla
rum, ſi per hoc Papa fieri potuiſſet; neque eos
qui impedierunt, odio habuit, aut inde turbatus eſt; dicebat enim definitionem Papatus eſſe laborem periculoſiſſimum. Tempore Pauli Quinti expendit in Fabrica ſui Tituli[illegible]. Item Collegio Societatis Politiano donavit redditum quinquaginta ſcutorum in perpetuum; Collegio Capuano reſignare voluit Abbatiam Capuanam redditus pluſquam mille ſcutorum, ſed Papa noluit, Auctor tamen fuit, ut ei daretur Eccleſia, Domus, & hortus ejus Abbatiæ. Eodem tempore edidit commentaria in Pſalmos, libellos duos, vel tres italicos contra Venetorum Doctores. Item librum Apologeticum contra Regem Angliæ: librum contra Guilielmum Barclajum: librum contra Rogerium Vvedduritonem: & librum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis cum Chronologia.

In multis Congregationibus Cardinalium adſcriptus fuit, videlicet Sancti O[illegible]ficii, Indicis librorum prohibitorum, ſacrorum Rituum, examinis Epiſcoporum, Indulge[illegible]m, de Propaganda Fide, Germa[illegible] [illegible]riæ, Prote-
ctor

ati
qu
ingit
... minus ali
... contractum ex
... poſſit detergat, &
... villicationis ſe pare
... ſcripſit N. rogatus a
, milleſimo ſexcenteſim
menſe Junio. De virtutibu
neſcit an ullam vere habeat
quia non ſunt digna, quæ ſc
nam de libro Dei deleta inve
Judicii. Amen.

APP[E]NDIX.

N Ad profectum ſtudiorum multum ſi
fuiſſet ſenſit neceſſitatem docendi, c
didicerat, & donum facilitatis, quod
habuit ad omnia capienda, & explicand
coactus eſt ... literas Græcas, &
[R]ethoricæ, & ſcolaſticam Theologi
ipſa prima adoleſcentia concionari in
& exhortationes habere ad Fratres
ſitate cogente, per ſe didicit litera
Hebraicas, & legit fere omnes Pa
torias, & multos ſcholaſticos D
...lia, vel eorum ſummam, ut e
corpus Canonic[u]m. Neque mi
intelligendis, ... lege...
...iis Collegiis ...abit
s conſulere
... apolim mil

ſcr

veſtan

ogmatibus Philo . . .

tate abhorrentibus, &

tum illa audiret, iraſce

tur, tamen ſequenti di

mendabat, & ni fallor n

cognitio.

elgica Patris Leonardi cum

ſtarum laboravit, ut Cardi-

nciliaret Doctoribus Socie-

Scrip . . . ille . . . eve Opuſculum, in

monſtra . it Doc. . . . ocietatis conveni-

n Doctrina veter. . . . cienſium, Tappe-

lletani, & aliorū . . . ecentes Lovanien-

ſ recte explicare . . . rum noſtrorum.

librum Molinæ de Concordia primo N.

it P . . . em Generalem, anteq . . . m is ul-

tetur, eſse in Molina . . . Propoſi-

ale ſonantes, & ſcriptas . . . exhibuit;

Generalis miſit in Hiſpan . . . r, & in-

eſt nova editio Patris Molinæ, in

ones illas mollire conatur, & dicit

, non aſſertive locutum: deinde

ſſus . . . Papa Clemente ſcribere

e cenſura Patrum Prædicatorum,

um dilucidum, in quo oſtendit,

overſia conſiſteret, & opinio-

. . . periculoſiorem, quam

. . . Op . . . ſcurum Ponti . . .

. . . etiam

objectiones;

er

e nagi
Papa,
& S
E donec
... tractari, ne
, ... poſt ejus diſceſſum continuo
putari voluit coram Cardinalibus Sancti Off
ipſe tamen N. ſæpe admonuit Pontifice
caveret fraudes, & ut non putaret
proprio, cum Theologus non eſſet po
telligentiam rei obſcuriſſimæ ...
te illi prædixit, a Sanctitate ... quæſ
lam non eſſe definiendam, & ...
ret ſe definiturum, reſpondit ...
non eam definiet, & hoc idem ... dixit ...
nali de Monte, qui ... ipſi N. in memori
revocavit.

A Cardinali Baronio ... ſenſit in quadam Congregatione ſuper reformatione Breviarii de paſſione Sancti Andreæ, an eſſet vere ſcripta a Presbyteris Acajæ negabat Baronius; ſed cum audiſset ſententiam N. & rationes ejus, publice dixit ſe amiſiſſe cauſam, & placere ſibi ſententiam N. magis quam ſuam.

Pro Beatificatione B. Ignatii multa ... Primus fuit, qui memoriale Congregationis Generalis, in qua ipſe inter ... erat, attulit ad Cardinalem Geſualdum Pra ... tum ... Congregationis Sacrorum Rituum, & ſic introdu ... cauſa Canonizationis: Deinde cum ha ... hortationem de laudibus B. ...
Domus Profeſſæ coram P.
eſente Cardinali Baro
, Cardinalis Baro
natii, & ea ... cond

h

pus opp

ioneſ

Gene as

Proc atoř

ari erant, & breviſſ.

otient, quod niſi tunc peractum fu

ſerum inſtante apud omnes Cardinales Con-

nis, & ſuo voto prolixe declamante,

it, quando Beatificatio impetrata fu

Aloyſi ipſe cum Cardinali Aſculan

ilo rer Pontifici Paulo Quinto

qui Beati nomine inſigniretur,

Cadaver eſſet prope ſepulchrum, An-

aut, ut peteretur facultas a Patre Genera-

ponendi corpus illi in Arca lignea ſeorſim ab aliis corporibus, ut poſſet dignoſci, ſi aliquando canonizandus eſſet. Poſtea ſubiecit ſe examini pro ejus Canonizatione, & cum aliis Cardinalibus Congregationis Rituum expedivit literas remiſſoriales; & cum tractaretur de Beatificatione, ipſe primus prolixe diſſeruit de ejus entia, & vitæ auſteritate, & miraculis, & concluſit omnes Sanctos vel propter innocentiam, & vel propter pœnitentiam Sanctos haberi, Beatum Aloyſium propter utrumque titulum poſſe beatificari ad ſimilitudinem Sancti Joannis Baptiſtæ, & ejus voto omnes Cardinales ſequuti ſunt tum eſt Decretum, quod ta-

Su tifex non confirmavit; quan

N I S.

A 953960

Digitized by Google